


quid tamen propterea non baptizant.
quia nihil potest esse commune men
dacio & ueritati · tenebris & luci · mor
ti & immortalitati · Antichristo & xpō
Non itaque desolia consuetudine · sed
etiam de ueritatis ratione presumit ·
qui nullorum hominum peruersi
tate peruersum fieri dicit sacramen
tum dī · Quod etiam in peruersis esse
declaratur; Certe Iohannes apostо
lus apertissime dicit; Qui odit fra
trem suum · in tenebris est usq · adhuc;
& iterum; Qui odit fratrem suum ho
micida est · Cur ergo tales intus bap
tizant · quos in malivola fuisse cypri
anus ipse commemorat · Quomodo
aquam mundat & sanctificat homicida ·
quomodo benedicunt oleum tene
bre · Si autem dī adest sacramentis
& uerbis suis · per quales libet ammi
nistrentur · & sacramenta diu biq ·
iecta sunt · & mali homines quibus
nihil prosunt ubique peruersi sunt ·
Illud autem quale est · ut ideo putetur
hereticus non habere baptismum quia
non habet ecclesiam · & utique cum
baptizatur · etiam de scī ecclesia in
terrogatur; quasi uero ille qui intus
non sanctis seduerbis seculo renuntiat ·
non hoc in baptismo interrogatur ·
Sicut ergo huius falsa responsio non
efficit ut baptismus non sit quem
percipit · sic & illius de ecclesia sca
falsa responsio non efficit ut bapti
mus non sit quem percipit; & sicut
ille si postea quod fallaciter respon
derat · ueraciter impleat · non ei bap
tismus repetitur sed ut ita corrigitur ·
sic & ille si postea ueniat ad ecclesiam
de qua interrogatus falsum respon
derat · qua ea non se habere dum non
haberet putabat · Ipsa quam non
habebat eidatur · non quod accepe
rat iteratur; Cur autem aduerba
que proceduntex ore homicide
possit tamen dī oleum sanctificare · &
in altari quod heretici posuerunt
non possit nescio · Nisi forte quem
cor hominis fallaciter conuersum
intus non impedit · lignum falla
citer positum impedit foris · Quo
minus sacramenta sua adesse dig